

Schmidius:
Systematica
descriptio loco-
principia de
actionibus.



D. IO. LVDOVICI SCHMIDII

INSTIT. PROF. PYBL. ORDIN. CVR. PROVINC. SAX. COMM.

FACVLT. IVRID. AC SCABIN. COLLEGII

ADSESSORIS

*SYSTEMATICA
DESCRIPTIO*

DOCTRINAE
DE
ACTIONIBVS



IENAE
SVMTIBVS VIDVAE IO. RVD. CROEKERI
CIO IO CCLXVIII.





PRAEFATIO



In decennio, per quod haec tenus b. IVSTI
HENNINGII BOEHMERI doctrinam de actioni-
nibus auditoribus meis proposui, saepius plu-
rimi a me petierunt, ut eius sciagraphiam,
quam in praelectionibus meis calamo excipere solebant,
prelo subiicerem. Animaduerti quoque, quod actiones,
quemadmodum iura, ita possint tradi commodissime, si
primum leui ac simplici via, post deinde diligentissima atque
exactissima interpretatione singula exponantur, ne alioquin,
prout imperator §. 2. I. de iustit. et iur. loquitur, si statim
ab initio rudem adhuc et infirmum animum studiosi, mul-

P R A E F A T I O

titudine ac varietate rerum oneramus, duorum alterum, aut desertorem studiorum efficiamus, aut cum magno labore, saepe etiam cum dissidentia, quae plerumque iuuenes auertit, serius ad id perducamus, ad quod leuiori via ductus, sine magno labore, et sine vlla dissidentia maturius perduci potuisset. Quamobrem, vt studium auditorum meorum et hac in re omnibus viribus promouerem, reuidi schedas meas, vt typis exprimi possent. Hinc, omnes actiones denuo in genera sua curatius digerere, ac eorum generum quasi quaedam membra dispartire, et ita cuique actioni iustum locum adsignare, omnem operam adhibui. Idque eo magis, quo omnia eo melius memoriae mandari et in obuenientibus facti speciebus actiones, quae ideo competunt, celerius inuestigari et caute eligi possint. Quum vero vberior huius meae descriptionis explanatio in ipsa laudata BOEHMERI doctrina quaerenda sit, ac finis meus eo spectet, vt studiosa iuuentus illam tam repetendo, quam elaborando magis magisque in usus suos conuertat, semper locum, vbi illa statim reperiri potest, ita addidi, vt numerus primus, SECTIONEM, secundus, CAPVT, tertius, PARAGRAPHVM indicet. Scribebam Ienae, mense Februario, anno CICICCC LXVIII.

S Y S T E -



SYSTEMATICA
DESCRIPATIO
DOCTRINAE
DE
ACTIONIBVS

DOCTRINA DE ACTIONIBVS est explanatio remediorum iuris,
quibus ius nostrum in iudicio persequimur.

Haec considerari potest

quoad scripta eam illustrantia et ipsa eius praecepta

A) scripta eam illustrantia

intuitu tam actionum, quam exceptionum

I) actionum, et quidem tam in genere, quam in specie,
ratione cuiuslibet actionis habita

1) in genere.

Quo spectant scripta antiqui, medii et noui temporis

a) antiqui temporis, seculo decimo quinto et sexto

Huc referri possunt

1) IO. CRISPI tract. de actionibus. Venet.
1498. fol.

2) IO. DE BLANASCO comment. super tit. de
actionibus. Lugd. 1508. fol.

3) IASON MAGNI comment. ad tit. instit. de
actio-

SYSTEMATICA DESCRIPTIO

actionibus. Lugd. 1536. edit. nou. Francof.
1609.

- 4) VDALR. ZASIVS *de actionibus.* Basil. 1536. fol.
- 5) IO. OLDENDORPII *actionum forensium pro-*
gymnasio in VII classis distincta. Colon.
1543. fol. edit. nou. Francof. 1677.
- 6) IO. FERRARIENSIS *formulae contractuum*
et actionum. Lugd. 1546.
- 7) PHIL. MELANCTHON *collatio actionum fo-*
rensum et atticarum et romanarum. Vi-
- temb. 1546. 8.
- 8) *Tractatus diuersorum auctorum de actioni-*
bus. Tom. II. Lugd. 1567. fol.
- 9) HVGO DONNELLVS *ad tit. Instit. de actioni-*
bus. Antwerp. 1581.
- 10) IACOBUS CVIACIVS *de actionibus et appel-*
lationibus. Francof. 1600.

b) *medii temporis, seculo decimo septimo*

In quo prodierunt

- 1) MATTH. WESSENBECKII *comment. de actio-*
nibus et interdictis. Lichae 1602.
- 2) LVD. GOMESSII *comment. ad difficultem et*
utilissimum tit. instit. de actionibus. Francof.
1604. 8.
- 3) HENN. HAMMELII *repetitio actionum ad fo-*
rensem usum accommodata. Francof. 1611. 4.
- 4) REINHARDI BACHOVII *tract. de actionibus.*
Francof. 1623. 4.
- 5) GODOFR. FIBIGII *collegium actionum Ba-*
chouianarum VIII. dissér. exhibutum. Ien.
1637. 4.
- 6) GVIL. LUDWELLI *tract. de actionibus.* Alt.
1656. 4.
- 7) BARTH. LEONH. SCHWENDENDÖRFFERI
expo-

DOCTRINAE DE ACTIONIBVS

3

expositio actionum forensium. Lips. 1674. 4.

- 8) QVIR. SCHACHERI collegium practicum iuxta titulos Pandectarum iuris ciuilis continua serie connexos, conceptum, usitatis simis actionum et exceptionum formulis instructum. Lips. 1678. 4.
- 9) IO. FRID. BOECKELMANNI tract. de actionibus. Lugd. 1687.
- 10) SAM. STRYCKII tract. de actionibus forensibus inuestigandis et caute eligendis ut et de actionum praescriptione, nec non de iuribus et actionibus cessibilibus. Lips. et Francof. 1685. edit. nou. Vitemb. 1738. 4.

Hunc tractatum iusto acrius perstrinxit
NIC. CHRISTOPH. DE LYNCKER sub no-
mine KAROLI SYLBINDI NICEI monita
plus quam quinque millia, quibus totidem
et amplius errorum, absurdorum et deliquio-
rum tractatus SAM. STRYCKII de actioni-
bus forensibus cet. conuincitur. Francof. 1699. 4.

- c) noui temporis, seculo decimo octauo

In quo inclarerunt

- 1) IVSTI HENNINGII BOEHMERI doctrina de actionibus. Halae 1710. 8. edit. nou. 1756. 8.
- 2) DIETER. GOTTHARD. ECKARDI examen actionum forensium. Par. II - XII. Lips. 1724-1730. 8.
- 3) IO. HENNR. ROTHERI practica forensis actionum et exceptionum vna cum actionum affiniibus et praescriptionibus formulisque in curia receptis. Lips. 1727. 4.
- 4) IO. HIER. HERMANNS Einleitung zu den actionibus. Iena. 1732. 8. edit. nou. 1737. 8.

5) FRANC.

SYSTEMATICA DESCRIPTIO

- 5) FRANC. VALER. DE HAVER *memoriale actionum et interdictorum quotquot in iure occurunt, iuxta ordinem IOACH. HOPPII commentationem exhibitum.* Wetzl. 1741. 4.
- 6) A. A. CLAR *Abhandlung von der Klage, wobei nicht nur das gemeine Recht, sondern auch die Braunschweigischen Gerichtsordnungen zum Grunde gelegt worden.* Goetting. 1756. 4.
- 7) GODOFR. DAN. HOFFMANNI *diff. collectio nem actionum earumque diuisionem continens.* Tubing. 1757. 4.
- 8) IO. ANDR. FROMMANNI *tract. de actionibus per diuisionum hinc inde occurrentium delineationem.* Tubing. 1758. 4.
- 2) *in specie*, ratione cuiuslibet actionis habita.
De quibus in paelectionibus suo loco.
- II) *exceptionum, et quidem tam in genere, quam in specie,*
ratione cuiuslibet exceptionis habita.
- 1) *in genere*
Quo spectant scripta antiqui, medii et noui temporis
a) *antiqui temporis, seculo decimo sexto*
Huc referri possunt
- 1) PAVL PARISIVS *in tit. Decretalium de exceptionibus.* Venet. 1522. fol.
 - 2) NIC. VIGELII *exceptiones forenses.* Basil. 1557. 8.
 - 3) CONRAD. MAVSERI *comment. in tit. de exceptionibus.* Vitemb. 1569. 4.
 - 4) INNOCENTII IV. *tract. de exceptionibus.* Colon. 1576. 8.

5) IO.

DOCTRINAE DE ACTIONIBVS

5

- 5) IO. ZANGER *ad tit. Inst. de exceptionibus*
Vitemb. 1586. edit. nou. cura et cum praefatione HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG. Francof. 1733. 4.
- 6) NIC. CISNERVS *de actionibus et exceptionibus* Spirae. 1588. 8.
- 7) IO. GVOERNERI *exceptiones iuris forenses*. Francof. 1597. 8.
- 8) CAR. DE GRASSIS *liber de exceptionibus*. Venet. 1600.
- 9) IO. OLDENDORPII *Enchiridion exceptionum forensium*. Francof. 1600. 8. edit. nou. cum supplementis ANDR. CHRISTOPH. ROESENERI. Lips. 1698. 4.

b) *medii temporis*, seculo decimo septimo

In quo prodierunt

- 1) MATTH. COLERI *comment. de exceptionibus et praescriptionibus*. Len. 1602. fol.
- 2) IO. ANDR. DORNSPERGER *Syntagma iuris de exceptionibus, probationibus et ceteris*. Conft. 1606. 8.
- 3) IO. HARPRECHT *de exceptionibus, replicationibus et ceteris*. Tubing. 1619. 8.
- 4) PAVL. AEMILII *tratt. de exceptionibus*. Genau. 1619. 4.
- 5) HENR. HAHN *diff. de exceptionibus tam absolute quam relate ad processum consideratis*. Helmst. 1657. 4.
- 6) QUINT. SEPT. FLORENT. RIVINI *Specimen exceptionum*. Lips. 1686. 8, edit. nou. Halae 1755. 8.

c) *noui temporis*, seculo decimo octauo

Quae sunt

B

1) PAVL.



SYSTEMATICA DESCRIPTIO

- 1) PAVL. CIESII *manuale exceptionum forensium.* Rostoch. 1724. 12.
 - 2) IO. HENR. ROTHERI *practica forensis actionum et exceptionum.* Lips. 1727. 4.
 - 3) IO. HIER. HERMANN'S *Einleitung zu den exceptionibus forensibus oder gerichtlichen Ausflüchten.* Len. 1733. 8. edit. nou. 1739. 8.
- 2) *in specie*, ratione cuiuslibet exceptionis habita.
De quibus in praelectionibus suo loco
- B) *ipsa eius precepta, tam generatim, quam speciatim.*
De quibus statim in sequentibus.

SECTIO I.

DE

INDOLE ACTIONVM PECVLIARI

I) GENERATIM

Quoad quatuor capita, nimirum

- 1) quoad eius necessitatem et utilitatem. I. 1.
propter
 - a) trituram forensem. I. 1. 1 et 2.
 - b) singularem naturam cuilibet actioni propriam. I. 1. 3-5.
 - c) diuersum ipsa remedia proponendi modum I. 1. 6.
 - d) actionum cumulationem I. 1. 7.
 - e) varia capita, ad quae in qualibet actione respiciendum est. I. 1. 8.
 - f) officium, quo neque aduocatus neque iudex, sine solida remediorum cognitione, fungi potest. I. 1. 9 et 10.
- 2) quoad diuersum iura persequendi modum. I. 2.

3) *in*

DOCTRINAE DE ACTIONIBVS

7

- 1) *in genere*, ratione modi remedia iuris
tam proponendi
quam exercendi
- 2) *in specie*, ratione
 - a) *actionis*
 - 1) stricte sic dictae. Vbi
a) eius notio indicatur. I. 2. 5.
b) eiusque characteres magis euoluuntur, nimirum
1) quod sit remedium iuris. I. 2.
6 - 9.
2) quod solenni modo ius sit persequendum. I. 2. 10-14.

Quo differt ab exceptione.

Sumitur autem vocabulum, EXCEPTIO,

vel in sensu lato, quo est defensio, qua quis intentiōnem aduersarii elidere studet
vel in sensu stricto, quo est, defensio rei, qua intentiōnem actoris elidere studet

vel tantum quoad responsionem ad actionem.

EXCEPTIO DILATORIA

vel quia iudicii de causā
fa controuersa cognituro, facultas cognoscendi non competit. EXCEPTIO FORI DECLINATORIA

vel alia ex ratione. EXCEPTIO DILATORIA IN SPECIE

B 2

vel



SYSTEMATICA DESCRIPTIO

vel quoad fundamentum agendi.

EXCEPTIO PEREMTORIA.

et quidem

vel ante litis contestationem.

EXCEPTIO LITIS INGRES-
SVM IMPEDIENS.

Huc pertinent omnes exce-
ptiones peremtoriae, quae
in continentि sunt liqui-
dae. Quales sunt, quae vel
nulla probatione indigent,
vel in primo termino, ad
litem contestandam consti-
tuto, statim probari possunt.

vel post litis contestationem. EX-
CEPTIO PEREMTORIA
COMMUNIS.

Cui

vel statim annexenda est. EX-
CEPTIO PEREMTORIA IN
SPECIE SIC DICTA.

Huc pertinent omnes
exceptiones peremtoriae,
quae sunt altioris indagi-
nis, seu non in continentि
liquidae.

vel non, sed quae in ipsa exe-
cutione adhuc opponi pot-
est. EXCEPTIO PEREMTO-
RIA PRIVILEGIATA.

Huc pertinent omnes
exceptiones peremtoriae,
quibus *vel* sententia, ex qua
executio oritur, *vel* ordo e-
sequendi impugnatur, *vel*
creditori

creditori iam satisfactum
esse ostenditur.

- 3) quod persecutio fiat in iudicio. I. 2. 15-18.
- 4) quod persequamur id, quod nobis debetur. I. 2. 19
- 2) in genere sumptae. I. 2. 20-24

Qua etiam

- a) mandata petuntur. I. 2. 25-28
- b) officium iudicis imploratur. I. 2. 29-38
- b) *ipsius modi persequendi*. I. 2. 39
dum remedium proponitur
 - vel* per modum actionis separatim institutae. I. 2. 40
 - vel* per modum reconventionis. I. 2. 41
 - vel* per modum exceptionis. I. 2. 42. et 43
- 3) quoad varia actionum genera, earumque indolem. I. 3.

Quae ita diuiduntur:

ACTIO generatim est *remedium iuris*, quo *ius perfectum*
in iudicio aduersus alterum persequimur

- 1) est *remedium iuris*

Hocce ius

- a) *vel* est *ius naturale perfectum*. **IMPLORATIO**
vel *ius positivum*
 - aut* non scriptum. **ACTIO EX MORIBUS**
 - aut* scriptum
 - vel* honorarium. **ACTIO HONORARIA**.
 - aut* praetorium. **ACTIO PRAETORIA**.
 - aut* aedilium. **ACTIO AEDILITIA**
 - vel* ciuile stricte dictum. **ACTIO CIVILIS**

- b) *vel* ex sensu legis litterali, **ACTIO DIRECTA**.

I. 3. 54-59
vel ex mente legis competit. **ACTIO UTILIS**, non
nunquam **ACTIO IN FACTUM**. Alias **ACTIO**

B 3

IN

SYSTEMATICA DESRIPTIO

IN FACTVM est *actio*, quae neque ex verbis, neque ex mente legis, sed ex aequitate oritur.

2) est *persecutio iuris perfecti*

Hocce ius perfectum

a) *vel* reipublicae, propter delictum publicum, competit. *ACTIO CRIMINALIS* seu *ACCUSATIO*
vel non. *ACTIO CIVILIS*

In hac ius, quod actor persequitur,
vel reo etiam competit. *ACTIO DUPLEX*
 seu *MIXTA*.
vel non. *ACTIO SIMPLEX*.

b) *vel* est ius personarum. *ACTIO PRAEIVDICIALIS*
 I. 3. 2.

vel ius rerum. *ACTIO NON PRAEIVDICIALIS*
 et quidem

vel ius possessionis. *ACTIO POSSESSORIA*
 seu *INTERDICTUM*. I. 3. 7.

Quod tendit ad possessionem

1) *vel* consequendam, quam nunquam
 habuimus, *INTERDICTUM ADIPISCENDAE POSSESSIONIS*

vel continuandam, quam habemus,
INTERDICTUM RETINENDAE POSSESSIONIS

vel iterum adquirendam, quam ha-
 buimus et amisimus. *INTERDI-
 CTUM RECOVERANDAE POS-
 SESSIONIS*

2) *vel* qualificatam. *ACTIO POSSESSO-
 RIA ORDINARIA*

vel non qualificatam. *ACTIO POS-
 SESSORIA EXTRAORDINARIA*
 seu *SUMMARIA*

vel ius rerum in specie. *ACTIO PETITORIA*
 et quidem

vel

DOCTRINAE DE ACTIONIBVS

II

vel ius reale. ACTIO REALIS seu VINDICATIO. I. 3. 3
vel ius personale. ACTIO PERSONALIS, seu CONDI-

CTIO. I. 3. 4. Quae si contra tertium quem-
cunque possessorem competit, dicitur. ACTIO
IN REM SCRIPTA. I. 3. 5.

Ius personale ex lege oritur

vel immediate. CONDICTIO IN SPECIE, seu
ACTIO PERSONALIS DATIVA

vel mediate, propter antecedens factum obli-
gatorium. ACTIO PERSONALIS NATIVA.
et quidem

1) *vel* rei proprium. ACTIO DIRECTA seu
PRINCIPALIS.

vel alienum. ACTIO ADJECTITIAE QVA-
LITATIS.

2) *vel* licitum

Quod

vel pollicitatio. ACTIO EX POLLICI-
TATIONE

vel pactum

aut nudum

Quod, secundum ius romanum
quidem, nullam actionem, sed
exceptionem tantum parit. L. 7.
§. 1. 2. 4. D. de pactis; apud
nos autem ex illo datur ACTIO
EX PACTO.

aut non nudum

Quod

vel contractus. ACTIO EX CON-
TRACTV.

Qui

vel verus

1) *aut* nominatus

a) realis

b) ver.

SYSTEMATICA DESCRIPTIO

- b) verbalis
- c) litteralis
- d) consensualis.

Ex quibus omnibus cognominis actio oritur.

aut innominatus. ACTIO PRAESCRIPPTIS VERBIS

2) vel bonae fidei. ACTIO BONAE FIDEI. I. 3. 12-47.

A qua differt ACTIO ARBITRARIA I. 3. 48-53

vel stricti iuris. ACTIO STRICTI IURIS. I. 3. 12-

47.

vel quasi talis. Vbiactiones pro diuersitate contractus differunt.

vel pactum legitimum. Hoc speciales actiones seu CONDUCTIONES EX LEGE producit.

vel pactum adiectum. Hoc eamdem actionem parit, quae ex contractu, cui inest, oritur

vel illicitum, praesertim delictum

aut verum

vel publicum. ACTIO CRIMINALIS

vel priuatum. Ex hoc plerumque actio delicto cognominis oritur

aut qualitale. ACTIO IN FACTVM

vel vtrumque tam ius reale, quam personale. ACTIO MIXTA. I. 3. 6.

c) tendit (vid. pag. 10.)

vel ad id, quod ad patrimonium nostrum

strum pertinet, ACTIO REI PERSECVTORIA. I. 3. 8 et 9.

vel ad poenam nobis adplicandam, ACTIO POENALIS seu POENAE PERSECUTORIA. I. 3. 10 et 11

vel ad utrumque. ACTIO (POENALIS) MIXTA

3) estremedium quo ius persequimur (vid. pag. 10.)
vel secundum modum procedendi ordinarium, ACTIO ORDINARIA, seu SOLEN-
NIS, seu STRICTE SIC DICTA.

vel non. ACTIO SUMMARIA. Aquid romanos, EXTRAORDINARIA COGNITIO.

4) quoad modum proponendi actiones in iudicio. I. 4.
(vid. pag. 9.)

Qui fit per libellum

De quo agitur

1) *in genere*

quoad

- a) definitionem libelli. I. 4. 2
- b) succinctam facti speciem. I. 4. 3 et 4
- c) fundamentum seu causam agendi. I. 4. 5 - 7
- d) conueniens petitum. I. 4. 8 et 9
- e) clausulam salutarem. I. 4. 10.
- f) inscriptionem. I. 4. 11.

2) *in specie*

quoad

- a) processum mandati. I. 4. 12
- b) eius diuisionem. I. 4. 13.

II) SPECIATIM (vid. pag. 6.)

1) de singulis actionibus seorsim spectatis. Sect. II.
tam petitoris. II. 1 - 3. et 5 - 12

quam possessoris. II. 4.

2) de cumulatione actionum. Sect. III.

C

SECTIO

SECTIO II.

DE IPSIS ACTIONIBVS SIGILLATIM
DESCRIPTIO I.

DE

ACTIONIBVS PETITORIIS

Actiones petitoriae, seu, quibus non possessionem, sed ipsum ius persequimur, sunt *vel* ordinariae, *vel* extraordinariae.

Primum de ordinariis, deinde de extraordinariis ita agitur, vt ea, quae de his nimis speciales sunt, illis, cuiuslibet doctrinae explendae caussa, statim addantur.

A. DE ACTIONIBVS ORDINARIIS.

II. 1-3. et 5-II.

Actionibus petitoriis ipsum ius persequimur. Ius autem est *vel* personarum, *vel* rerum. Inde prout in superioribus iam adnotauimus, ACTIONES PRAEVDICIALES ET NON PRAEVDICIALES. Primum de *illis*, deinde de *bis*.

I. DE ACTIONIBVS PRAEVDICIA-
LIBVS. II. I.

REMEDIA, quae alicui propter statum competunt, sunt *tam* ordinaria, *quam* extraordinaria

I) ORDINARIA

Haec sunt

vel improprie talia.

Quo pertinent IMPLORATIONES INTVITV STATVS.

Quae sunt *actiones*, *quibus*, *salvo statu*, *de iuribus ex illo* *descendentibus* *controuertitur*,

vel proprie talia.

Qualia

Qualia sunt ACTIONES PRAEIVDICIALES. I. 1. 2. et 3.

Hae sunt ACTIONES, quae alicui propter statum competunt.

Quae

1) *ratione finis*, instituuntur

vel pro afferendo, ACTIO PRAEIVDICIALIS AFFIRMATIVA

vel pro negando statu. ACTIO PRAEIVDICIALIS NEGATIVA

2) *ratione status*, concernunt

statum

vel naturalem II. 1. 5. et 6.

vel aduentitium II. 1. 5. et 6.

aut aduentitium stricte sic dictum

Propter hunc et statum naturalem actiones praeiudiciales, tam affirmatiuae quam negatiuae, locum habent

1) si insignes effectus ab eo dependeant
et

2) legitimus contradictor adfit.

aut ciuilem, eumque

vel libertatis

Propter quem competit

1) ACTIO DE LIBERALI CAVSSA

tam affirmatiua. II. 1. 7-10.

quam negatiua II. 1-11

a) directa

b) utilis. II. 1. 12. et 13.

2) ACTIO DE LIBERTINITATE ET INGENITATE. II. 1. 14. et 15

vel ciuitatis

Propter quem ACTIO CIVITATIS, tam AFFIRMATIVA quam NEGATIVA competit. II. 1. 21.

C 2

vel

SYSTEMATICA DESRIPTIO

vel familiae

Quae sumitur

vel in sensu lato

Vbi ACTIO PRAEIVDICIALIS tam AFFIRMATIVA quam NEGATIVA intuitu agnationis et cognationis locum habet. II. I. 37.

vel in sensu stricto

intuitu status

i) paternitatis et filiationis. II. I. 22 - 36

Vbi agitur

a) *vel* super statu filiationis, dum

vel parentibus, quod sint nostri parentes,
negatur.

Vbi

aut liberi sunt in possessione vel quasi
non filiationis,

et

vel patri paternitas negatur.

Quo casu patri ACTIO FILIATIONIS PATERNA AFFIRMATIVA competit. II. I. 23

vel matri maternitas negatur. Quo casu matri ACTIO FILIATIONIS MATERNA AFFIRMATIVA competit.

aut parentes sunt in possessione vel quasi paternitatis aut maternitatis

Quo casu parentibus REMEDIVM POSSESSORIVM, liberis autem ACTIO FILIATIONIS NEGATIVA competit. II. I. 28.

vel

vel liberis, quod sint nostri liberi, negatur.

Et tunc liberi

vel in possessione vel quasi filiationis sunt
constituti.

Quo casu liberis REMEDIVM POSSES-
SORIVM, parentibus autem ACTIO FI-
LIATIONIS PATERNA NEGATIVA COM-
petit. II. I. 26. et 27

A qua differt

- 1) ACTIO DE AGNOSCENDO PAR-
TV. II. I. 29. et 30
- 2) ACTIO ALIMENTARIA. II. I.
31-33
- 3) IMPLORATIO OFFICII IUDICIS
DE EMANCIPANDIS LIBERIS. II.
I. 34
- 4) INTERBIDCTVM DE LIBERIS DV-
CENDIS. II. I. 35. et 36.

vel non

Quo casu liberis ACTIO FILIATIONIS
AFFIRMATIVA competit. II. I. 24

b) *vel* super statu patriae potestatis. II. I. 25.

Vbi

vel patri, quod liberi sub patria pote-
state existant, negatur

Quo casu

vel liberi sunt in possessione vel
quasi libertatis.

Tunc patri ACTIO DE PA-
TRIA POTESTATE NEGATIVA
competit, qua liberos sui iuris
esse negat

vel pater est in possessione vel
quasi patriae potestatis

C 3

Tunc

Tunc liberis ACTIO DE PATRIA
POTESTATE AFFIRMATIVA pro-
dest, qua, se sui iuris esse, adfir-
mant.

vel liberis, quod sub patria potestate existant,
negatur:

Hoc, ob commoda patriae potestatis,
raro obuenit.

2) coniugalis (vid. pag. 16.)

vel iam initi. II. I. 38-44

Vbi

aut ipse status coniugalis in controuersiam dedu-
citur

et quidem

vel ita, vt iterum tollatur

aut ex causa nullitatis. QVERELA NUL-
LITATIS MATRIMONII. II. I. 44.

aut ex causa diuortii. ACTIO DIVORTII. II.
I. 42. speciatim ACTIO DESERTIONIS.
II. I. 43.

vel non.

Hoc casu status coniugalis

vel affirmatur

Vbi asserens

vel in quasi possessione status coniugalis
est constitutus.

Tunc ei REMEDIVM POSSESSORI-
VM, veluti ACTIO SPOLII competit.
II. I. 40.

vel non. Hoc casu ACTIONE EX STATV
CONIVGALI AFFIRMATIVA vtitur.
II. I. 38

vel negatur

Vbi negans

vel

DOCTRINAE DE ACTIONIBVS

19

vel in quasi possessione status coniugalis est constitutus.

Tunc negans ACTIONE EX STATV CONIVGALI NEGATIVA vtitur. II. I. 38
vel non. Tunc alter contra negantem ACTIONE EX STATV CONIVGALI AF- FIRMATIVA vtitur. II. I. 38.

aut tantummodo quaedam iura, quae ex hoc statu fluant. (vid. pag. antec.)

Vbi remedia
tam petitoria, veluti IMPLORATIO INTVI-
TV STATVS CONIVGALIS. II. I. 39
quam possessoria, veluti ACTIO SPOLII.

II. I. 40

et praeterea ACTIO SAEVITIARVM locum
habet. II. I. 41.

vel nondum initi, sed tantum promissi. II. I. 45-47
(vid. pag. antec.)

Vbi
vel ad dissoluenda sponsalia agitur,
et quidem
vel ex causa nullitatis sponsaliorum, ACTIO
NVLLITATIS SPONSALIORVM
vel ex causa repudii. ACTIO REPUDII.

II. I. 45.

vel ad consummanda sponsalia. ACTIO MA-
TRIMONIALIS. II. I. 46. et 47

A qua differt IMPLORATIO propter
consensum in celebranda sponsalia a pa-
rentibus vel curatoribus denegatum. II.
I. 48.

3) herilis (vid. pag. antec.)

Vbi
vel super ipso statu inter dominum et seruum liti-
gatur.

Inde

SYSTEMATICA DESCRIPTIO

Inde ACTIO DE LIBERALI CAVSSA. De qua
iam supra. II. 1. 9 - 13. actum est.
vel non.

Inde ACTIO DE SERVO CORRUPTO
et directa. II. 1. 49
et utilis. II. 1. 50 - 52,

II) EXTRAORDINARIA (vid. pag. 14.)

Ad quae pertinet

- 1) Pronocatio ex l. diffamari C. de ingenuis manu-
missis. II. 1. 16.
- 2) Remedium ex l. 14. C. de agricolis et censibus.
II. 1. 17.
- 3) Interdictum de libero homine exhibendo. II. 1
18 - 20.

II. DE ACTIONIBVS NON PRAEIV-
DICIALIBVS.

Actiones non praeiudiciales sunt actiones, quibus ius rerum
persequimur. Hoc est *vel* reale, *vel* personale. Inde ACTIONES
REALES ET PERSONALES. Primum de illis, deinde de his.

A. DE ACTIONIBVS REALI-
BVS. II. 2 et 3.

ACTIONES, quae intuitu iurium realium competunt,
sunt,
vel PRAEPARATORIAE

Quo spectat ACTIO AD EXHIBENDVM. II. 1. 2 - 6.
vel PRINCIPALES

Quibus ipsum ius reale persequimur,
et quidem

- I) DOMINIVM. II. 2. 7 - 31
vel verum. REI VINDICATIO.

Quae
aut directa. II. 2. 7 - 10.

A qua

A qua differt ACTIO IN FACTVM. II. 2. 11 - 15
 aut vtilis. II. 2. 16 - 18.
 vel putatuum. ACTIO PVBLICIANA II. 2. 19 - 22.
 vel fictum.

Inde

1) ACTIO RESCISSORIA. II. 2. 23 - 25

Quae

vel realis
 vel personalis. II. 2. 23. not. 2).

2) ACTIO PAVLIANA. II. 2. 26 - 31.

Quae

vel realis. II. 2. 27. et 28
 vel personalis II. 2. 29. et 30

2) SERVITUTEM. II. 2. 32 - 49. (vid. pag. 20.)

Agitur de seruitute

vel demum constituenda.

ACTIO PERSONALIS *ad quasi*
tradendam seruitutem

vel iam constituta

et quidem

vel tantum de iuribus ad illam pertinentibus,
 falsa seruitute *l. u. pr. D. quemadm. seruit.*
amitt. IMPLORATIO OFFICII IUDICIS

vel de ipsa seruitute

et quidem

vel pro afferenda seruitute. ACTIO CON-
 FESSORIA

Quae

vel directa. II. 2. 32 - 39

vel vtilis. II. 2. 46 - 47

vel pro neganda seruitute. ACTIO NE-
 GATORIA

D

Quae

Quae

vel directa. II. 2. 40-45
vel utilis. II. 2. 48-49

3) IUS HEREDITARIVM. II. 3. (vid. pag. 21.)

Cuius intuitu obtinent
remedia

tam prouisionalia. Quo spectat IMPLORATIO PRO
ADIPISCENDA ADMINISTRATIONE BONO-
RVM SUB CAUTIONE. II. 3. 2.

quam non prouisionalia

Quae

vel possessoria

Quo spectant, intuitu successoris vniuer-
falis?

1) interdictum quorum honorum

- a) directum. II. 3. 3.
- b) vtile. II. 3. 4.

2) remedium ex l. fin. C. de editio D. Hilaria-
ni tollendo. II. 3. 5-7.

3) remedium ex editio Carboniano. II. 3. 8-10.

4) imploratio pro obtainenda missione in pos-
sionem, quae sit ventris nomine. II. 3.
II - 15.

vel petitoria. II. 3. 16. seqq.

Quibus agitur de successione *vel* obtainen-
da, *vel* in poenam auferenda

A) de successione obtainenda, et quidem *vel*
in hereditate, *vel* in re singulari

1) in hereditate

vel ita, ut adquiratur

aut tota HEREDITATIS PETITIO

Qua hereditas petitur *vel* sub sin-
gulari qualitate, *vel* non

a) non

a) non sub singulari qualitate, HEREDITATIS
PETITIO SIMPLEX

Quae competit

vel ex iure ciuili, HEREDITATIS PETI-
TIO CIVILIS

et quidem

vel ex fidecommissio. HEREDITATIS
PETITIO FIDECOMMISSARIA.

II. 3. 26. et 27

vel non, et hoc casu

aut directe HEREDITATIS PETI-
TIO DIRECTA. II. 3. 16-19

aut utiliter. HEREDITATIS PETI-
TIO UTILIS. II. 3. 21. et 22.

vel ex iure praetorio. HEREDITATIS
PETITIO PRAETORIA seu POSSESSO-
RIA. II. 3. 23-25

vel ex conuentione. HEREDITATIS PE-
TITIO CONVENTIONALIS. II. 3. 28.
et 29

b) sub singulari qualitate. HEREDITATIS
PETITIO QUALIFICATA

Qualis est

I) QVERELA INOFFICIOSI TESTAMEN-
TI. II. 3. 30-39

A qua differt

1) CONDICTIO ex l. 30. et 36. C. de
inoffic. testam. II. 3. 40.

2) ACTIO CALVISIANA ET FAVIA-
NA UTILIS. II. 3. 41.

3) QVERELA INOFFICIOSAE DO-
NATIONIS. II. 3. 42-45.

D 2

4) QVE-

SYSTEMATICA DESRIPTIO

4) QVERELA INOFFICIOSAE DOTIS
II. 3. 46. et 47

5) ACTIO AD SUPPLEMENTVM LEGITIMAE. II. 3. 48.

II) QVERELA NVLLITATIS TESTAMENTI.
II. 3. 49-51.

aut eius pars. (vid. pag. 22.) HEREDITATIS PETITIO PARTICVLARIS
et quidem

vel quota, HEREDITATIS PETITIO PARTICVLARIS REGULARIS. II. 3. 20

vel non. HEREDITATIS PETITIO PARTICVLARIS IRREGULARIS. II. 3. 52

A qua differt CONDICTIO EX CONSTITUTIONE DIVI PII. II. 3. 53.

vel ita vt diuidatur. (vid. pag. 22.) ACTIO FAMILIAE ERICSCVNDAE. II. 3. 54-62

A qua differt CONDICTIO ex l. 3. C. communia vtriusque iudicij. II. 3. 63.

2) in re singulari. II. 3. 64-93. (vid. pag. 22.)
intuitu successoris

vel vniuersalis. Cui INTERDICTVM QVOD LEGATORVM competit. II. 3. 64-66.

vel singularis. Cui competit

1) INTERDICTVM DE TABVLIS EXHIBENDIS.
II. 3. 67

2) REI VINDICATIO. II. 3. 68.

3) ACTIO CONFESSORIA. II. 3. 68.

4) ACTIO PERSONALIS EX TESTAMENTO DIRECTA. II. 3. 69-71. et 77.

5) ACTIO HYPOTHECARIA. II. 3. 72. et 73.

6) ACTIO EX TESTAMENTO UTILIS, seu
ACTIO LEGATORVM. II. 3. 74.

A qua

A qua differunt

- a) REMEDIVM de postulatione editi, vt
legatorum seu fideicommissorum nomine
caueatur. II. 3. 78 - 83.
- b) REMEDIA pro obtainenda quarta Faci-
dia. II. 3. 84 - 91.
- c) REMEDIVM pro consequendo fideicom-
missio conuentionali. II. 3. 92.
- d) ACTIO ad modum implendum. II. 3. 93.

B) de successione in poenam auferenda. (vid. pag. 22.)
vel quia se illa indignum fecit. ACTIO SVC-
CESSIONIS PRIVATORIA. II. 3. 94. et 95
vel ob specialem dolum. ACTIO DE DOLO.
II. 3. 96.

4) PIGNVS. (vid. pag. 22.)

Propter quod creditori competit
remedium

tam peritorium, ACTIO HYPOTHECARIA. II.
3. 97 - 102.

Quae

vel SERVIANA

vel QVASI SERVIANA seu ACTIO SERVI-
ANA VTLIS

Qualis quoque est in Saxonia ACTIO AR-
RESTI, die Arrest seu Kummer-Klage.

II. 3. 106. et 107

quam possessorum. INTERDICTVM SALVIA-

NVM. II. 3. 103 - 105

et directum

et utile.

B) DE ACTIONIBVS PERSONALIBVS
ACTIONES PERSONALES considerantur

quoad

1) eius naturam. II. 5. 1, et 2

D 3

2) eius

SYSTEMATICA DESCRIPTIO

2) eius divisionem. II. 5. 3 - 5.

Oritur nempe actio personalis ex lege
vel mediate, propter antecedens factum obli-
gatorium. ACTIO PERSONALIS NATIVA
vel immediate. ACTIO PERSONALIS DATIVA

I. DE ACTIONIBVS PERSONALIBVS DATIVIS
seu IMMEDIATE EX LEGE COMPE-
TENTIBVS

Actio personalis immediate ex lege
competit

aut nullo plane concurrente facto. ACTIO PERSONA-
LIS DATIVA IN SPECIE. II. 5. 6

aut illo quidem concurrente, ast tanquam causa re-
mota, ubi aequitas naturalis, ne quis cum damno
alterius fiat locupletior, a iure confirmatur
et quidem

vel iure praetorio. ACTIO IN FACTVM. II.
5. 7 - 14

vel iure ciuili nouiori. CONDICTIO.
de qua

a) in genere. II. 5. 15 - 19
b) in specie de

CONDICTIO

1) CAVSA DATA CAVSA NON SECUTA. II. 5. 20-22

2) OB TVRPEM VEL INIVSTAM CAVSAM. II. 4.
23 - 25

3) INDEBITI. II. 4. 26 - 33

4) SINE CAVSA. II. 4. 31 - 33

5) FVRTIVA. II. 4. 34 - 38

6) EX LEGE. II. 4. 39 - 43

7) TRITICARIA. II. 4. 44 - 51

8) DE EO QVOD CERTO LOCO. II. 4. 52 - 54.

II. DE

**II. DE ACTIONIEBUS PERSONALIBVS NATIVIS
seu MEDIATE EX LEGE COMPETENTIBVS.**

Actiones personales nativae, oriuntur, prout supra Sect. I. cap. III. iam praeoccupatumus, vel ex facto rei proprio, vel ex facto alieno. Si prius, ACTIONES DIRECTAE, si posteriorius, ACTIONES ADIECTITIAE QUALITATIS VOCANTUR. Primum de iis, deinde de his.

**A. DE ACTIONIBVS PERSONALIBVS
DIRECTIS.**

Actiones personales directae oriuntur ex facto rei proprio, eoque aut lictio aut illicito. Primum de iis, quae ex facto lictio, deinde de his, quae ex facto illicito oriuntur.

**I. DE ACTIONIEBUS PERSONALIBVS
EX FACTO LICITO COMPETENTIBVS**

Factum lictum, ex quo actio personalis competit, est vel pollicitatio, vel pactum. Hocque est vel nudum, vel non nudum. Pactum non nudum est vel pactum adiectum, vel pactum legitimum, vel contractus. De singulis in sequentibus.

**A. DE ACTIONIBVS PERSONALIBVS EX POLLICITATI-
ONE ET PACTO**

I) de ACTIONE EX POLLICITATIONE. II. 7. 1-3.

II) de ACTIONE EX PACTO

1) in genere. II. 7. 4-10.

2) in specie

a) de actione ex pacto adiecto. II. 7. 11.

b) de actione ex pacto legitimo, tam praetorio, quam legitimo in specie tali. II. 7. 11.

Sigillatim de actione

1) ex pacto dotali. II. 7. 12. et 13

2) ex pacto de dote petenda

3) ex stipulatu pro dote repetenda. II. 7. 14-17

4) ex

- 4) *ex donatione*, seu, *de conditione ex l. 35. C.*
de donationibus. II. 7. 18. et 19.
- 5) *de constituta pecunia.* II. 7. 20-23
- 6) *proferendo laudo.* II. 7. 24-28
- 7) *in factum de recepto.* II. 7. 29-34
- 8) *in factum ex iure iurando.* II. 7. 35.
- 9) *ex l. vlt. C. de sponsalibus.*

B. DE ACTIONIBVS PERSONALIEBV
EX CONTRACTIBVS

Contractus sunt *vel* veri, *vel* quasi contractus. Contractus veri sunt *vel* nominati, *vel* innominati. Itaque de singulis actionibus eo ordine, quo contractus se excipiunt, agendum est

I. DE ACTIONIBVS EX CONTRACTIBVS NOMINATIS.

ACTIONES EX CONTRACTV NOMINATO considerantur

- I) in genere. II. 8. 1.
- II) in specie, quoad singulas species contractus nominati
Hae sunt CONTRACTVS

1) REALES

Cuius species sunt

- a) *mutuum.* Inde CONDICTIO CERTI EX MVTVO.
II. 8. 2-12.
- b) *commodatum.* Inde ACTIO COMMODATI
 - 1) DIRECTA. II. 8. 13-15
 - 2) CONTRARIA. II. 8. 16-18.
- c) *depositum.* Inde ACTIO DEPOSITI
 - 1) DIRECTA. II. 8. 19-29
 - 2) CONTRARIA. II. 8. 30.
- d) *pignus.* Inde ACTIO PIGNERATICA
 - 1) DIRECTA. II. 8. 31-35
 - 2) CONTRARIA. II. 8. 36.

2) VEREALES

Quorum primaria species est

stipu-

Stipulatio Inde ACTIO EX STIPVLATV
Stipulationis species sunt

- 1) *correalis obligatio*. II. 8. 38-41.
- 2) *fideiussio*. II. 8. 42-52.
- 3) *nouatio* II. 8. 53.
- 4) *delegatio* II. 8. 54. et 55.
- 5) *expromissio* II. 8. 56.

3) LITTERALES

Inde CONDICTIO CERTI EX LITTERIS SEV EX CHI-
ROGRAPHO. II. 8. 57-61.

A qua differt QVERELA NON NVMERATAE PECV-
NIAE. II. 62.

4) CONSENSVALES

a) secundum ius romanum

1) *emtio venditio*. Inde

a) ACTIO EMTI. II. 8. 63-72, 85. et 86.

A qua differt

1) ACTIO REDHIBITORIA. II. 8. 73-78.

2) ACTIO AESTIMATORIA seu QVANTI MI-
NORIS. II. 8. 79-82.

3) QVERELA LAESIONIS ENORMIS II. 8.
83. et 84.

b) ACTIO VENDITI. II. 8. 87-91 et 94.

A qua differt

ACTIO EX RETRACTV. II. 8. 92 et 93.

2) *locatio conductio*. Inde

a) ACTIO CONDVCTI. II. 8. 95-102.

b) ACTIO LOCATI. II. 8. 103-112.

Cuius species est ACTIO ONERIS AVERSI. II.
8. 113.

E

A

A qua differt

- 1) ACTIO PRAESCRIPTIIS VERBIS proper
coloniam partiariam II. 8. 114.
- 2) ACTIO COLONARIA. II. 8. 115.
- 3) emphyteusis. Inde ACTIO EMPHYTEUTICARIA. II.
8. 116 - 118.

4) societas

Inde ACTIO PRO SOCIO. II. 8. 119 - 125.

5) mandatum

Inde ACTIO MANDATI

- a) DIRECTA. II. 8. 126 - 130.
- b) CONTRARIA II. 8. 131 - 133.

b) secundum ius germanicum

Quo pertinet contractus assencionis II. 8. 134.

Inde ACTIO EX ASSECVRATIONE

- 1) aduersus asseturatum. II. 8. 135.
- 2) aduersus adsecuratorem II. 8. 136.

II. DE ACTIONIEVS EX CONTRACTIEVS INNOMINATIS.

(vid. pag. 28.)

ACTIONES EX CONTRACTV INNOMINATO considerantur

I) in genere II. 9. 1.

et consistunt in ACTIONE PRAESCRIPTIIS VEREIS. I. 9. 2, 3.
et 15.

II) in specie, quoad singulas species contractus innominati

Sunt enim CONTRACTVS INNOMINATI,

vel IRREGVLARES

Quo pertinent

1) contractus aestimatorius

Inde ACTIO AESTIMATORIA. II. 9. 4. 6.

2) per

DOCTRINAE DE ACTIONIBVS

31

2) *permutatio* II. 9. 7-9.

3) *contractus suffragii*. II. 9. 12.

vel REGVLARES

Quo spectant

Contractus

1) *do ut des*. II. 9. 10.

2) *do ut facias* II. 9. 11.

3) *facio ut des* II. 9. 12. et 13.

4) *facio ut facias* II. 9. 14.

A quibus differt

contractus cambialis II. 9. 16. et 17.

III. DE ACTIONIBVS EX QVASI CONTRACTIBVS

(vid. pag. 28.)

ACTIONES EX QVASI CONTRACTIV considerantur

I) in genere. II. 6. 1 et 2.

II) in specie, quoad singulas species quasi contractus.

Hae sunt

1) *negotiorum gestio*. Inde ACTIO NEGOTIORVM GESTORVM. II. 6. 3.

a) DIRECTA II. 6. 4. et 5.

b) CONTRARIA II. 6. 6-8.

2) *curatio funeris alieni*. Inde ACTIO FVNERARIA. II. 6.

9 - 12.

3) *tutelae administratio*. Inde ACTIO TUTELAE. II. 6. 13.

a) DIRECTA. II. 6. 14-19.

A qua differt

1) ACTIO PROTUTELAE. II. 6. 20.

2) ACTIO DE RATIONIBVS DISTRAHENDIS II. 6.

21. et 22.

3) ACTIO CONTRA FALSVM TVTOREM II. 6. 23.

4) ACTIO EX STIPVLATV *contra fideiujores* II. 6. 24.

E 2

5) ACTIO

- 5) *ACTIO SVESIDIARIA DE MAGISTRATIBVS CONVENIENDIS.* II. 6. 25-28.
 6) *ACCVSATIO SVSPECTI TUTORIS.* II. 6. 29. et 30.
 b) *CONTRARIA* II. 6. 31-33.
 A qua differt
 1) *mandatam sine clausula de exhibendis pupillis.* II. 6. 34.
 2) *Supplicatio pro auertenda tutela* II. 6. 35.
 4) *haereditatis communis administratio.* Inde *ACTIO FAMILIAE ERICSCVNDAE.* De qua iam supra sect. 2. cap. 3. §. 54. seqq. actum est.
 5) *rerum communium singularium administratio.* Inde *ACTIO COMMUNI DIVIDVNDO.* II. 6. 36-40.
 6) *obscuratio finium.* Inde *ACTIO FINIVM REGVNDO-RVM.* II. 6. 41-46.
 7) *hereditatis aditio.* Inde *ACTIO PERSONALIS EX TESTAMENTO.* De qua iam supra sect. 2. cap. 3. §. 68. seqq. actum est.
 8) *litis contestatio.* Inde *ACTIO IVDICATI.* II. 6. 47-49. Vulgo, sed minus recte, inter quasi contractus quoque referuntur
 9) *indebiti solutio.* Inde *CONDICTIO INDEBITI.* De qua iam supra sect. 2. cap. 5. §. 26. seqq. actum est
 10) *receptio in nauim, cauponam vel stabulum.* Inde *ACTIO IN FACTVM DE RECEPTO.* De qua infra sect. 2. cap. 7. §. 29.

II. DE ACTIONIEBUS PERSONALIBVS EX FACTO ILLICITO COMPETENTIBVS (vid. pag. 27.).

Hactenus de actionibus personalibus, quae ex facto licito aduersus alterum competunt. Iam sequuntur actiones personales quae ex facto illicito oriuntur.

De his agitur

- I) in genere II. II. 1.
- II) in specie, pro diuersitate facti illiciti
Hoc est

I) *damnum*

DOCTRINA DE ACTIONIBVS

33

I) *damnum contra ius datum*

Inde

- 1) ACTIO AQVVAE PLVVIAE ARCENDAE
 - a) DIRECTA II. II. 2 - 6.
 - b) VTLIS II. II. 7.
- 2) IMPLORATIO DE PRAESTANDA CAVTIONE DAMNI INFECTI. II. II. 8.
- 3) ACTIO VIAE REIECTAE VEL RECEPTAE II. II. 12.
- 4) ACTIO ARBORVM FVRTIM CAESARVM II. II. 13.
- 5) ACTIO DE DAMNO IN TVRBA FACTO II. II. 14.
- 6) ACTIO IN FACTVM DE DEJECTO VEL EFFUSO. II. II. 15 - 17.
- 7) ACTIO DE POSITO VEL SVSPENSO II. II. 18.
- 8) ACTIO LEGIS AQVILIAE. II. II. 19 - 25.
- 9) ACTIO QVADRUPEDARIA. II. II. 26 et 27.
- 10) ACTIO DE PASTV. II. II. 28. et 29.
- 11) ACTIO NOXALIS. II. II. 30.

II) *factum illicitum in negotiis iudicialibus.*

Quo pertinet ACTIO IN FACTVM

- 1) de eo, quod quis in ius vocatum vi exemit. II.
II. 31.
- 2) de albo corrupto. II. II. 32. et 33.
- 3) si quis sine venia personas, quibus reverentia debetur,
in ius vocavit II. II. 34.
- 4) de calumniatoribus. II. II. 35.
- 5) contra iudicem litem suam facientem, seu actio de
syndicatu. II. II. 36.

III) *dolus*

Inde

- 1) ACTIO DE DOLO. II. II. 37 - 40.

E 3

2) ACTIO



SYSTEMATICA DESRIPTIO

2) ACTIO IN FACTVM de alienatione iudicij mutatio
di caussa facta. II. II. 41.

IV) metus

Inde ACTIO QVOD METVS CAUSA. II. II. 42 - 45.

V) furtum

Inde

1) CONDICTIO FVRTIVA. De qua iam supra sect. 2.
cap. 5. §. 34. seqq. actum est

2) ACTIO FVRTI. II. II. 46. et 47.

Speciatim

a) ACTIO IN FACTVM ob furtum in nauj,
capona vel stabulo per pessum aduersus
nautas capones et stabularios. II. II. 48.

b) ACTIO DE TIGNO IVNCTO. II. II. 49.

c) ACTIO RERV M AMOTARVM

1) DIRECTA. II. II. 50.

2) VTLIS II. II. 51.

A quibus differt

ACTIO CONTRA PVBLICANOS II. II. 52.

VI) rapina

Inde

1) ACTIO VI EONORVM RAPTORVM. II. II. 53.

2) ACTIO de incendio, ruina, rate, nauj expugnata.
II. II. 54.

VII) iniuria

Inde

1) ACTIO INIVRIARVM AESTIMATORIA. II. II.
55 - 58.

2) ACTIO EX LEGE CORNELIA DE INIVRIIS II.
II - 59 - 60.

3) ACTIO

a) AD

DOCTRINAE DE ACTIONIBVS

35

- a) AD PALINODIAM
- b) AD DEPRECATIONEM
- c) AD DECLARATIONEM HONORIS. II. II.
61 - 63.

B. DE ACTIONIBVS PERSONALIEBV PERSONALIEBV ADIECTITIAE QVALITATIS. (vid. pag. 27.)

ACTIONES ADIECTITIAE QVALITATIS considerantur

I) in genere II. 10. 1.

II) in specie, pro diuersitate vinculi seu facti obligatorii, ob
quod ex facto alieno aduersus alterum agitur

Istud vinculum seu factum obligatorium in libello

vel exprimitur, ac est

aut PRAEPOSITIO

Inde ACTIO

- 1) EXERCITORIA. II. 10. 2 - 6.
- 2) INSTITORIA,

tam DIRECTA II. 10. 7 et 8,
quam UTILIS seu QVASI INSTITORIA, II. 10. 9.

aut IVSSV

Inde ACTIO QVOD IVSSV. II. 10. 10.

aut VERSIO IN REM

Inde ACTIO DE IN REM VERSO

- a) DIRECTA II. 10. 11 - 14.
- b) UTILIS II. 10. 15.

aut CONCESSIO PECVLII

Inde ACTIO

- 1) DE PECVLIO II. 10. 16.
- 2) TRIBUTORIA II. 10. 17.

vel non exprimitur. Quo casu nec secundum ius nouum
libellus reiici potest. II. 10. 18.

B. DE



SYSTEMATICA DESCRIPTIO

B. DE ACTIONIBVS SEV PERSECVTIONIBVS
EXTRAORDINARIIS II. 12. (vid. pag. 14.)

Remedia dupli ratione dicuntur ordinaria et extraordina-
ria II. 12. I.

I) *ratione processus*

Huius intuitu sunt

vel talia, quae secundum processum ordinarium propo-
nenda sunt. REMEDIA ORDINARIA

Huc maxima ex parte remedia in antecedentibus ca-
pitibus proposita pertinent

vel non, sed quibus summarie proceditur

REMEDIA EXTRAORDINARIA

Quo spectant IMPLORATIO

- 1) *pro consequendis alimentis* II. 1. 31.
- 2) *pro cogendo patre ad emancipandum*. II. 1. 34.
- 3) *contra denegationem debiti coniugalis* II. 1. 31.
- 4) *pro separatione quoad thorum et mensam* II. 1. 41.
- 5) *pro supplendo parentum consensu*. II. 1. 48.
- 6) *in actione ad exhibendum*. II. 2. 2. seq.
- 7) *pro impetranda administratione honorum absen-
tis*. II. 3. 2.
- 8) *pro restitutione fideicommissi*. II. 3. 27.
- 9) *pro modo implendo legatis adiecto* II. 3. 93.
- 10) *in caussis possessoriis*. II. 4.
- 11) *in excusatione a tutela*. II. 6. 35.
- 12) *pro cogendo arbitro, ut sua sententia litem di-
rimat*. II. 7. 24.
- 13) *in caussis executiuis*. II. 8. 8.
- 14) *contra sequestrem necessarium* II. 8. 27.
- 15) *in caussa restitutionis minorum*. II. 12. 3 - 7.
*ac ecclesiarum, piorum corporum et rerumpubli-
carum*. II. 12. 8.

16) *in*

- 16) in salario praceptorum et honorario aduocato.
rum. II. 12. 9.
- 2) ratione institutionis
Huius intuitu sunt
vel talia, quae non in subsidium aliorum remedio-
rum locum habent. REMEDIA ORDINARIA.
Pro quibus remedia in antecedentibus capi-
tibus proposita etiam habenda sunt.
vel talia, quae solummodo in subsidium aliorum
deficientium remediorum admittuntur. REME-
DIA EXTRAORDINARIA
Huc spectant
1) ACTIONES DOLI ET METVS
2) ACTIONES IN RESTITUTIONE MAIO-
RVM, veluti ACTIO RESCISORIA.
3) OMNIA REMEDIA PRAETORIA
De quibus in antecedentibus iam
actum est.

DESCRIPTIO II.

DE

ACTIONIBVS POSSESSORIIS
SEV INTERDICTIS

(vid. pag. 13.)

- REMEDIA POSSESSORIA considerantur tam generatim,
quam speciatim.
- I) generatim
- 1) quod possessio non sit species iuris realis. II. 4. 1.
 - 2) quod de ea sine ambagibus ex interdictis litigetur, II.
4. 2.
et quidem
 - 3) in caussis, quae rem priuatam, religionem et publicam
utilitatem concernunt. II. 4. 3.
 - 4) quod interdicta non sint actiones stricte sic dictae, II.
4. 4.

F

5) sed



5) sed actiones extraordinariae. II. 4. 5.

Hinc locum faciunt

6) mandatis in foro communi. II. 4. 6.

a) in genere. II. 4. 7.

b) in specie

1) mandatis cum clausula. II. 4. 8

2) mandatis sine clausula. II. 4. 9. et 10.

7) inhibitionibus in foro Saxonico. II. 4. 11.

II) speciatim

Quod interdicta

1) *ratione ipsius possessionis* sint

*aut adipiscendae, INTERDICTVM ADIPISCENDAE
POSSESSIONIS.*

De cuius speciebus iam supra actum est.

*aut retinendae, INTERDICTVM RETINENDAE POS-
SESSIONIS. II. 4. 13 - 31.*

Quo nos tuemur

vel in ipsa possessione

et quidem rei

aut corporalis

*vel immobilis. INTERDICTVM VTI POSSI-
DETIS. II. 4. 14 - 16*

vel mobilis. INTERDICTVM VTRVBI. II. 4. 31.

*aut incorporalis. INTERDICTVM VTI POSSIDE-
TIS UTILE. II. 4. 17 - 30*

intuitu

*a) superficie. INTERDICTVM DE SVPER-
FICIE. II. 4. 17*

b) seruitutum

Quo pertinet INTERDICTVM

1) de itinere actaque privato. II. 4. 18 - 20

2) de aquaeductu

spe-

speciatim

- a) de aqua quotidiana. II. 4. 21. et 22
- b) de aqua aestiu. II. 4. 23
- c) de aqua castellana. II. 4. 24. et 25
- d) de riuis resciendis. II. 4. 26. et 27.

3) de aqua fontana. II. 4. 28

speciatim

- a) de aquae hausta
- b) de pecoris ad aquam appulsi

4) de cloacis

- a) priuat. II. 4. 29
- b) publicis. II. 4. 30.

vel potissimum in possessionis exercitio (vid. pag. 38.)

et quidem

vel ipsius rei

Quo pertinet

- 1) NOVI OPERIS NVNCIATIO. II. 4.
42 - 48
- 2) INTERDICTVM QVOD VI AVT CLAM
II. 4. 49 - 51
- 3) INTERDICTVM ex l. 7. in fin. D. de
damno infecto. II. 4. 52
- 4) INTERDICTVM de his, quoe vi flumi-
nis in praedium alterius importata
sunt. II. 4. 53
- 5) INTERDICTVM ne mibi vis fiat, quo
minus thesaurum meum effodiām, tol-
lam, exportem, et similia. II. 4. 54
- 6) INTERDICTVM DE GLANDE LEGEN-
DA. II. 4. 55
- 7) INTERDICTVM DE ARBORIBVS CAE-
PENDIS II. 4. 56 et 57

F 2

vel

SYSTEMATICA DESCRIPTIO

vel iuris

Quo spectat

1) INTERDICTVM DE MIGRANDO. II. 4. 58

2) INTERDICTVM DE PRECARIO. II. 4. 59-

61.

aut recuperandae possessionis. (vid. pag. 38.) INTER-
DICTVM RECUPERANDAE POSSESSIONIS

1) secundum ius romanum

Quo pertinet INTERDICTVM VNDE VI. II. 4.
32-38

2) secundum ius canonicum

Quo pertinet ACTIO SPOLII. II. 4. 39-41.

2) *ratione obiecti* (vid. pag. 38.)

versentur

vel circa ius personarum

Quo, verbi gratia, spectat

1) INTERDICTVM DE HOMINE LIBERO EXHIBENDO

2) INTERDICTVM DE LIBERIS EXHIBENDIS

3) INTERDICTVM DE LIBERIS DUCENDIS.

De quibus iam supra aetum est.

vel circa ius rerum

et quidem

vel circa ipsum ius

aut reale. INTERDICTVM REALE. II. 4. 12

aut personale. INTERDICTVM PERSONALE.

vel circa res.

Quae

vel diuini iuris

Quo pertinent

1) IN-

- 1) INTERDICTVM DE RE SACRA. II. 4. 62 - 64.
 2) INTEDICTVM DE LOCO RELIGIOSO. II. 4. 65.

veluti

- a) INTERDICTVM DE MORTVO INFERENDO. II. 4. 66

A quo differt ACTIO IN FACTVM de mortuo inferendo, seu de funere ducendo. II. 4. 67.

- b) INTERDICTVM DE SEPVLCHRO AEDIFICANDO. II. 4. 68. et 69

A quo differt EDICTVM SEVERI, II. 4. 70.

vel humani iuris

Quae sunt

vel priuatae

Huc pertinent interdicta, quae ratione ipsius possessionis antea proposita sunt.

vel publicae

De interdictis, quae intuitu harum rerum locum habent, agitur

- 1) in genere. II. 4. 71
 2) in specie quoad interdicta

de locis publicis

- a) terrestribus

Quo spectat INTERDICTVM

- 1) ne quid in loco publico, vel itinere publico fiat. II. 4. 72 - 74
 2) de via publica, itinereue publico. II. 4. 75. et 76
 3) de via publica et itinere publico reficiendo. II. 4. 77
 4) de loco publico, fruendo. II. 4. 78

F 3

b) aqua-

b) aquaticis

Quo spectat INTERDICTVM

- 1) ne quid in flumino publico, ripaue eius fiat, quo peius nauigetur. II. 4. 79
- 2) ne quid in flumine publico ripaue eius fiat, quo aliter aqua fluat, quam priori aestate fluxit. II. 4. 80
- 3) ne quis prohibeatur in flumine publico nauigare. II. 4. 81.
- 4) ne piscari prohibeatur. II. 4. 81.
- 5) de ripa munienda. II. 4. 82
- 6) de aliis rebus, in quibus publicae vilitatis ratio nullas ambages permittit, vel ubi periculum in mora est.

S E C T I O III.

D E

CVMULATIONE ACTIONVM.

(vid. pag. 13.)

Actiones vel seorsim, vel quatenus plures in uno libello coniunguntur, considerari possunt. *Prius* iam factum est. Itaque posterius adhuc restat. Quod in doctrina de cumulatione actionum consistit.

CUMULATIO ACTIONVM est quando plures actiones in uno eodemque libello, ab uno eodemque actore, seu pluribus litis consortibus, proponuntur.

Hoc sit

vel aduersus unum eundemque reum

CUMULATIO OBJECTIVA

et quidem

aut alternatiue. CUMULATIO ALTERNATIVA. III. 2-7.

aut simpliciter et copulatiue. CUMULATIO ACTIONUM SIMPLEX

vel

vel ita, vt omnes vno processu pertractentur. CVMVLATIO SIMULTANEA. III. 8 - 11.

vel non, sed vna post alteram, ita, vt hac finita, nouo libello non opus sit.

CVMVLATIO SVCESSIVA

Haec est permissa. Sic recte cumulantur,

- 1) actio praeparatoria et principalis
- 2) actio de partu agnoscendo cum hereditatis et alimentorum petitione
- 3) hereditatis petitio et actio familiae eric scandae
- 4) rei vindicatio et actio communi diuidundo
- 5) restitutio in integrum et hereditatis petitio. II. 12. et 10. in fin.

vel aduersus plures. CVMVLATIO SVBIECTIVA

Qui sunt

vel litis confortes. CVMVLATIO SVBIECTIVA LICITA. III. 12

vel non. CVMVLATIO SVBIECTIVA ILLICITA.

A cumulatione actionum differt concursus actionum. Quo enim cumulatio fieri possit, vt plures actiones concurrant, antea requiritur

Est autem CONCVRSVS ACTIONVM pluralitas remediorum, quae eidem actori, seu pluribus litis confortibus, competit

Et quidem

vel ad vnum eundemque finem

CONCVRSVS ACTIONVM SIMPLEX

aut ita, vt, vno remedio instituto, adhuc alterum competit

CONCVRSVS ACTIONVM SVCESSIVVS.

aut non. CONCVRSVS ACTIONVM ELECTIVVS.

vel ad diuersum finem

CONCVRSVS ACTIONVM CVMVLATIVVS

et qui-

44 SYSTEM. DESCR. DOCTRIN. DE ACTIONIBVS.

et quidem

aut contra vnum reum. CONCVRSVS ACTIONVM
OBIECTIVVS

aut contra plures, qui non sunt litis consortes.
CONCVRSVS ACTIONVM SVBIECTIVVS.

In CONCVRSV ACTIONVM SVCESSIVO actori, quamdiu ius
suum plenarie nondum consecutus est, vna ex successiue concur-
rentibus actionibus electa, eam, quae adhuc superest, instituere
licet. I. 20. §. 4. D. fam. ercisc.

In CONCVRSV ACTIONVM ELECTIVO cumulatio non est per-
missa, arg. I. 9. §. 1. D. de trib. act. I. 76. §. 8. de legat. II. et praec-
terea regressus, facta electione, manet exclusus. I. 34. §. 2. D. de
obligat. et act.

In CONCVRSV ACTIONVM OBIECTIVO cumulatio est permis-
sa, si plures actiones in eodem processus genere tractari possunt,
et non via numerum, lege speciali definitum, cumulentur. I. n.
D. de iurisdic.

In CONCVRSV ACTIONVM SVBIECTIVO cumulatio, ob ma-
ximam, quae inde oriri potest, confusionem, non toleratur. I. 6.
D. de except. rei iudic.

Omnia egregie declarat perillustris ACHAT. LUDOV. CAROL.
SCHMIDIVS in diff. de concursu actionum. Ienae 1753.



Kd 123

ULB Halle

007 128 754


3





B.I.G.

Black



D. IO. LUDOVICI SCHMIDII

INSTIT. PROF. PVBL. ORDIN. CVR. PROVINC. SAX. COMM.
FACVLT. IVRID. AC SCABIN. COLLEGII
ADSESSORIS

SYSTEMATICA
DESCRIPATIO

DOCTRINAE
DE
ACTIONIBVS



IENAE
SVMTIBVS VIDVAE IO. RVD. CROEKERI
CIO IO CCLXVIII.

